



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XIX. Markgraf Ludwig gestattet den Verkauf eines Burglehns zu Osterburg,
welches Gerhard von Arneburg besessen, an Hermann von
Schwarzenholz, mit Uebertragung des Lehndienstes auf Storkow, am 30.

...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

XVIII. Markgraf Ludwig verlehnt dem Johann von Hohenhausen, Bürger zu Osterburg, einen Hof in Steghe, am 15. Dezember 1334.

Anno M^o. CCC^o. XXXquarto, feria quinta post Lucie, in Arnburg. Contulimus Johanni de Hohenhus, cui in Osterburg suisque ueris heredibus curiam in Steghe cum decima et cum omni iure, liberam ab omni precaria denariorum et frumenti et ab omni seruitio, eodem modo et iure, quibus eandem curiam dicti de Castiel tennerunt et habuerunt, iusti pheodi tytulo quiete et pacifice possidendam, Juribus nostris salvis.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. XVI.

XIX. Markgraf Ludwig gestattet den Verkauf eines Burglehns zu Osterholz, welches Gerhard von Arneburg besessen, an Hermann von Schwarzenholz, mit Uebertragung des Lehndienstes auf Storkow, am 30. Juli 1337.

Anno domini M^o. CCC^o. XXXVII^o., quarta feria post iacobi Apostoli. Contulimus et presentibus conferimus strenuo uiro hermanno de swarzenholze suisque ueris legitimis heredibus curiam dictam osterholze cum supremo et infimo iudicio nec non cum singulis et uniuersis ceteris suis, seruitio dextrarii et pheodo castrensi duntaxat exceptis, eo modo, forma, iure, consuetudine, quibus ipsam curiam strenuus vir gerhardus de arneburg tenuit et possedit, quiete et pacifice possidendam. Annuimus enim, quod idem gerhardus de arneburg dictum dextrarii seruitium et pheodum castrense supra dicta curia habitum, supra villam et curiam dictam storkowe transportauit et transtulit, sic ut nobis de dicta villa et curia seruire tenetur, sicuti prius de priori curia tenebatur. In cuius etc. Testes etc.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg No. LVI.

XX. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Kreuefe einen Antheil an Klein-Roskow, am 4. Juni 1343.

Ludovicus etc. Cum pia deuotio eiusque consideracio apud altissimum eterne remuneracionis premia largiri solite sint seu conferre, quorum pretextu seu consideracione honorabilibus et deodicatis personis Priorisse totique conuentui claustru kreuefe ordinis sancti benedicti tam presentibus quam succedentibus ob id, ut omnium rerum creditorem (creatorem) pro salute, saluacione et conseruacione animarum magnificorum principum marchionum Brandenburgensium predecessorum